



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Contra conclusionem secundam ex scriptura opposito, vbi vtriusque libri
indelebitas statuitur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

bonis malisue meritis sententia Deo addit, nec possit non ab ipso omnisio absolute videri atque cognosci. Unde iustus à definitione ad definitum conclusio prima de existentia libri mortis in Deo demonstratur. Denique prædeterminationis, ac reprobationis, siue preparationis in voluntate diuina auxiliorum efficaciam prædeterminationis ad gloriam, & vitam certo de facto obtinendam, vel sufficientium tantum reprobis, & cum eorum morte æterna infallibiliter de facto coniungendorum nec vitæ; nec mortis proprietate Theologica dictæ libri formaliter esse satis ex dictis, ac de se claret cum neutrum auxilium, vita aut mors æterna formalis sit eius, cui confertur, nec de sese alterutri iungatur, sed ex bono eius apud prædeterminatos libero, contingentique vtu, atque abusu etiam contingenti, & libero apud reprobos: quare in neutrius scientia præcessisse finem, ac stabilis vel vita vel mortis siue prædeterminati, siue reprobi representari permanenter, scribique subinde, ac legi à Deo potest.

3. Dico tertio: meritum demeritorumque finalium prædeterminati, vel reprobi præscientia conducentes quidem libri ad eorum vel vitam, vel mortem sunt, non vero vitæ, mortisque libri Theologica proprietate. Prima conclusio, & affirmatiua pars probatur ex Daniel. 7. *Indicium sedis. & libri aperti sunt*: quæ Hieronymus in c. 14. Isai. sic exponit: *in quibus scripta erant opera singulorum*. Clarius Apocal. 20. *libri aperti sunt: & alius liber aperitus est, qui est vita*: & indicati sunt mortui ex his, quæ erant in libris; primis, secundum opera ipsorum. Psalm. 138. *In libro tuo omnes scribuntur*. Quem librum ad omnes iudicandos extendi, eoquæ omnes continere Patres communiter intelligunt, etiam Augustinus. t. 9. lib. soliloquior. Si eius ipse author est. c. 28. tamen alius ipse, & Prosper ad solos prædeterminatos extendi putent. Denique Ecclesia tota tracta missæ defunctor. Quotidie canit. *Liber scriptus proferitur: in quo totum continetur vnde iudicatus iudicatur*. Ratione probatur ex dogmatica Dei iudiciaria suprema in rationales omnes creaturas potestate: quæ nusquam rite, ac recte pro cuiusque meritis exerceri à Deo, sicuti neque à creato aliquo iudice, potest, nisi ex meritum demeritorumque cuiusque absoluta scientia: quæ iudicio de eis omnibus vel ad vitam vel ad mortem æternam prudenter iustque secundum vniuersalemque gesta ferendo subseruiat eoque sensu laxiori vitæ mortisque liber dici Theologicæ potest. Quod autem proprio Theologico sensu quo de vtroque libro disputamus præscientia meritum, ac demeritorum nec vitæ, nec mortis liber sit probatur, quia neutrius est absoluta præscientia, sed ad eam anterior. Id quod satis rigide, & scholasticè notatum video in testimonio ex Apocal. 20. proxime recitato, in quo librum vitæ, vt dictum à libris ex quibus mortui secundum opera iudicantur, seorsim, & singulariter locum commemorat illis verbis: *& alius liber aperitus est qui est vita*. Denique librorum vitæ, & mortis in scripturis memoratorum significationes alias, & alias pro eorum, quæ, ad mores præsertim tradant Patres, & interpretes tradunt, quibus nunc referendis nec locus, nec tempus est. Vbi de Theologica acceptione rigidiore ab eisdem Patribus etiam tradita est nobis sermo.

CERTAMEN III.

Contra conclusionem secundam ex scriptura oppositio, ubi veritas que libri indelebitas statuitur.

1. Obiicit contra conclusionem secundam. Præscientia absoluta Dei de executio decreto absoluto cum præmiandi, prædeterminati, tam puniendi reprobis, æternæque eorum vel vitæ, vel mortis immutabilis, indelebilisque essentia sua est: at liber vitæ delebilisque est (vt constat ex illis exodi. 3. aut dimitte illis noxam populi huius, aut dele me de libro vitæ, & psalmi illis deleantur de libro viuientium) quod ipsum de libro mortis eadem ratione erit: ergo liber vitæ mortisque non stat in ea absoluta præscientia Dei. Missis aliis primi testimonij interpretationibus Bageni confutati cert. 1. & aliorum verosimiliores & nostro Vazquez gratiores comment. articuli 3. Tertio eundem locum. Primam optasse Moysen Dei gloria (absque sua tamen culpa) æternam pro fratribus veniam, & salutem priuari, vt postea Paulus etiam optabat ad Rom. 9. illis verbis: *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis*. Ex ardentissima Dei & proximi charitate. Ita Chrysostom. homil. 1. de laudib. Pauli longe à med. lib. contra gentil. versus med. homil. 79. ad popul. Antiochen. Bernard. serm. 12. in cant. versus med. epist. 78. ad Sugerium sub init. Ricard. Victor. de gradib. violentæ charit. sub fin. Hug. Victor. q. 232. in epist. ad Rom. Sub distinctione gloriæ temporalis, vel æternæ, sub qua etiam distinctione; S. Thom. in c. 9 ad Rom. lect. 1. cui expositioni consentiunt Soto, Catherin. Salmeron uterque Cornelius & Cornelij à lapide. Ruiz de Montoia citat. d. 60. lect. 7. n. 9. §. Nihilominus, statuo plerisque ex citatis recitatis. Obseruat autem Vazquez Chrysostomum Theophilactum, & Thomam, & Origenem (qui eisdem interpretationis est) pro illo optabam legere obtraherim, Salmeron legere ex Photio optabam. Quæ lectiones affectus Pauli, ac Moysis perfectissimam erga Deum, & proximos charitatem non minuant, sed impossibilitatis optare ab ipsis rei cognitionem cognitam ab vtroque ostendunt; eorumque charitatem, quæ eos ultra possibilitatem omnem ad impossibilia præ exitu Dei & proximorum amore optanda ex parte obiecti conditionata, si possibilia forent, agebat concitabatque summopere commendant, vt iam explicabimus. Huic potro interpretationi suæ insitit vbiq; Chrysostomus. 3. de providentia post med. 1. de compunctione eod. circa med. ad Roman. 9. hom. 16. ad longum recitatus à Salmerone in cap. 9. ad Roman. d. 25. versus fin. §. quod deinde allatum fuit. Eum de more sectantur Theodoret. Theophylact. & Oecumen in c. 9 ad Roman. quibus adde Theonem. Abb. laudatum à Cassiano collectat. 13. c. 6. Aufelm. ad locum Pauli, Bedam collectaneis in eundem locum, Basilium in regulis fusiorib. q. 3. Hieronymum ad id Michæ 2. vti nam non essem, & 2. 3. epist. 1. 1. ad Aglathum. q. 9.

2. Certè eis affectibus Moysen, & Paulum perfectissimæ charitatis in Deum, & proximos exercuisse cum priuari citra peccatum gloria si possibile esset optarunt; parer: si quidem populi salutem ex qua gratissima Deo & innumera populi illius opera honesta exhiberentur, nec pauciora infensissima vitarentur peccata: charitas autem perfectissime ordinata communia omnibus proximis, & communitati subiade bona tam positius, quam priuatiua, commodis incommodisque priuatis cuiusque anteferri dicitur, multoque magis gratis Deo obiectis apponendis, ingratisque, & infans ipsi vitandis

andis præponere. Et si autem privati gloria, delerique ite libro sit absolute impossibilis tamen conditionate, & parte obiecti, & sub hypothese, quod possibile foret charitatis summum est: ut de affectu illo magni omnium Magistri Augustini celebratissimo, & Augustinus esset Deus, & Deus esset Augustinus, &c. commuiter, ac verissime reputatur. Longeque maior charitas, quam pro amicis animam ponere: est hac ex affectibus, qui obiectorum possibilitatem non prætergraduntur, deducique subiade ad effectum absolute possunt summa charitas sit Christo Domino, teste Ioan. 5. maiorem charitatem nemo habet &c. Dices: Christum Dominum summam charitatis exemplar (teste eodem etiam Paulo. 1. Corin. 11. imitatores mei estote, sicut & ego Christi) eum charitatis actum non habuisse, ut vnione hypostatica, ac visione Dei æternum priuari Dei, & hominum charitate adhuc conditionate ex parte obiecti voluerit, cuius tamen charitatis perfectionem imitatus solum Paulus fuit, non assecutus, neque assequi vllus parus homo potest. Respondet citatus Ruiz, n. 15. vnionem hypostaticam, atque essentialem gloriam humanitatis Christi creatis cunctis bonis siue positiuis, siue priuatiuis coniunctam etiam sumptis longe esse maius bonum, & appreciatuè estimabilius, quare neque ex charitatis regula & perfectione hominum bono, & saluti potuisset a Christo Domino alterutrum poni: sicut cuiusvis creature gloria, & salus communi reliquorum saluti coniunctim sumptæ potest ex perfectionis charitatis posthaberi. Respondet secundo n. 16. ex Salmerone proxime citato, §. cum autem Paulus quoad gloriam paratum Christum Dominum fuisse ea priuari ne mundus inreconciliatus maneret, & inreductus: quoad vnionem hypostaticam idem dicere, non poterat, cum ea sublata in communi sententia redimi mundus ab humanitate Christi non posset, & certe non esset redimendus. Audiendus denique pro interpretatione hac Hieron. citato loco epistolæ ad Aglastrum. Vbi hæc per per admirationem scripsit. *Qua est ista tanta mutatio, inaudita prudentia? ut pro charitate Christi non sit habere Christum? & videndus Chrysostomus à Salmerone recitatus citato §. Quod deinde altissimum fuit.*

3. Secunda vtriusque loci interpretatio est Moysen Paulumque ex nimia, certaque amoris Dei erga ipsos confidentia, ut ab ipsis alienaretur, vel libro vitæ, amicitia solutione, deleret petiisse vel oprasse: ni veniam populo daret, eumque reconciliaret sibi: quia ne illos ab amicitia sua repelleret, veniam reconciliationem largiturum populo Deum prudentissime credebant, imo inde illos amplius amaturum. Ita Bassi. q. 3. citata sic fatus de Paulo quia non ignoraret non posse fieri, ut is alienaretur à Deo, qui ob charitatem Dei gratiam abiecerat, seque ob eam causam multis plura accepturum, quam, qua dedisset. De vtroque expressius Hieronim. in c. 2. Ionæ sub init. fufius, & elegantius Paulinus epist. 20. ad Amandum versus fin. Augustin. quest. 147. in Exod. & iterum in psalm. 77. ad id, & non accendit omnem iram suam, ita de Moysè scribens. *Paratior deleri pro ipso, quam ipso. Sciens apud misericordem se id agere, qui, quoniam nullo modo deleret ipsum, etiam illis parceret propter ipsum.* Sic amantissima vxor, filiusque charissimus mariti, patrisque in seruum furentis districto ferro se obiciunt, ac ferri corpori se interponunt, ut ipsum ab heri furore liberent, qui cum, nisi charissimis pignoribus transuerberatis ferire non posset. Hanc interpretationem merito probant Valentia in c. p. quest. 24. pu. 3. Fasol. incarn. 3. sine. Ioan. Præpositus, Ibidem, §. Ad prius prætermisist. Ex alterutra vtroque vitæ constantiam, ac indelebilitatem neutrobique impugnari. Neque vero præfatis duabus antekeri potest (ut voluit Caieranus in Pauli locum, Bartholom. Camerar. c. 6. dialogi Catholici, Vazquez comment. præfati. a. 3. §. sed his præstenda) expositio, ut optabam Pauli. Ad tempus, quo ille in Iudaitino erat referatur: atque ex amore, quo tunc Iudeos prosequabatur, & tunc cum Christi

erat Apostolus perseverante in eorundem amore presentiam immediate antecius à se diuini testimonio probatione assentiam, & iuratum confirmat, ut dicit Vazquez ponderabat suo hanc interpretationem à Hieronymo, & Anselmo memoratam, ad eum locum nec improbatam fuisse, satis tamen eam reiciunt, quia aliam, ut vidimus num. 1. & aduersam sequuntur, & huic ne probabilitatem quidem decernant. Verum vel iuramentum est ad confirmationem amoris sui legis, & Iudeos, odioque in Christum cum Iudeo Paulus erat: & de hoc esset plane iuramentum totum cum omnibus id esset notissimum, neque alioquin fidem posset superare: vel est de amore, quo Iudei Christi Apostolus Iudeos prosequabatur: & huic ex amore illo legis, & Iudeorum, probare minime poterat, sed solum improbare. Si enim legis & Iudeorum tunc veram reputabat amore, ac zelo Iudei ita prosequabatur, atque à Deo oderit Christiani eiusque legem, & sequaces, potius inferius Paulum Iudei Christi Apostolum Christianæ legis amorem & zelo pari oculo Iudeis & legem esse prosequendum, illi quæ teia Christum eiusque legem prosequabatur.

4. Instas ex psalm. 68. *Deleatur de libro viventium quibus, siue ore Placites, siue parum dicitur* rum è libro vite delibitatis possibilibus ut inuidiam denuntiat: sicut & Apocal. 3. *lapposuerit verbum illi qui vicerit sic vestietur vestimentis albis, & non deli nomen eius de libro vite.* Monet autem ad psalmi verba Augustinus. *Non sic accipere debemus, quia quæ loquamur scribit Deus in libro vite, & delicta illam, si homo dixit, quod scripsit, scripsit, Deus quoniam scribit, & delicta præfatus est, prædestinatio enim regnatorum, cum filio suo in vita æterna huius, qui in christo, ipsos continet libro vite: committit, verolmilioque solutio est delicti eis locis tantummodo, ac non scribi valere, ut ex Patribus tradunt Hilari & Hieronymi. ad psalmi textum Ambrosius & Hilari ad tractum Apocal. & alij apud Lorinum ad verba psalmi 68. Soar. 1. p. tract. 2. lib. 1. cap. 20. num. 18. Vaz. citato comment. §. vii. & Fasol. proxime, num. 4. Hanc ob causam, qui omnes eam inter prætermisist sequuntur quam Psalmista, ipse subiuncta statim verbis, & cum iustus non scribitur delicta, ut quæ prius illis deciperetur. Et quidem odium Dei pro amoris negatione frequenter in scriptura viis patet, citat Augustinus, obliuiscant, tamen primam & secundam affectionem posthunc significat: quare minor Augustinus tantopere proprietate vocis delicti, & primæ significationi citato loco instituit, ut pro scribitur negatione sibi viis patet ferre non parum, vix perperam à Psalmista subiuncta statim ea significatio tractatur. Secunda interpretatio Patribus, & scholasticis probabilis deleri toto rigore viis, librum autem vite non, qui in Deo sit, sed vel in delictorum, aut aliorum de ipsis iudicio, & existimatione intelligitur. Ne enim scriptura hominum de re aliqua existimationem rei ipsius nomine appellat, ut videmus controuersæ, & incarnat. disputantes an Christus, ut homo proprietate sermonis prædestinatus fuerit Filius Dei, & quo sensu Paulam actor 13. *Ilud ego hodie genui, & resurrexerit Christus qua Dei Filius hominibus probatus fuit interpretatur verbis huius. Resurrexerit sicut scriptum est, ego hodie genui te.* Et iterum ad Rom. 2. qui prædestinatus est Filius Dei in virtute seruamus Spiritum sanctificationis & resurrectionis mortuorum, ut doctè Vazq. & nos plurimum scripturæ simili sensu locutionum obseruabamus ibidem, iudicio hanc interpretationem amplexi sunt Augustinus proxime, & Calpistor. ex quibus glossa, Commentator Apocalyp. Ambrosij operibus inferius eoque iuniet (ut prænotat Basilius in de scriptorib. Eccles. verbo Ambrosij) eduntur Romana an. 1585. Ricard. in Apocal. p. c. inter med. & fin. Rupert. 4. in exod. c. 29. ante med. ex scholasticis. Albert. 1. p. 69. in. 3. Bonau. in 4. d. 4. a. 2. q. 2. Argent. in. 3. q. vii. a. 2. sine, neque improbat Vazq. citato.*

5. Illam tamen improbat Fasolus ad eundem vniculum. n. 2. concl. 2. merito 2. quia Apocalypsis textus amplexus

amplius aliquid innuit immediate subiectens, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis Dei apud quos de adscriptis, vel non scriptis in vitæ libro nulla fallâ qua decident tandem, existimatio esse potest. Et si Thomas eo. 3. corp. his verbis, non deleri de libro vitæ ponitur inter præmia iustorum: quod autem iustis reprobis, non est solum in hominum opinione. Eam quippe iusti, etiam viatores naufragiunt iuxta id psal. 111. In memoria aeterna erit iustus ab auditione mala non timebit. Nec temporale aliquid, cuiusmodi falsa hominum existimatio est, ad reprobis iustis præmia spectat, sed solum quod est æternum. Scio nonnullos ex illis Sancti Th. verbis non est solum in hominum opinione deducere ipsum secundam hanc interpretationem, vt coniunctam cum tertia iam subiuncta probasse, et si solum improbaui. Est autem tertia interpretatio de libro vitæ iustorum ad tempus solum talium pro quo ius ad vitam æternam habere præcuntur, ac proinde in Dei scientia scripti sunt: à quo tamen peccato subsecuto perseveranter delentur à Deo, præscientiaque absoluta damnationis ipsorum, in libro mortis simpliciter tali se habent: Hanc interpretationem dedisse videntur Basil. Ilat. 4. post med. Anselm. in. 3. Apocal. Hugo Victor. q. 243. & 244. Ricard. in Apocal. p. 2. lib. 1. cap. 9. Ioachim. Abb. in Apocal. 3. vbi Lyra, & Perer. d. 7. §. 2. alique interpretes, & scholastici, in quibus Ruiz, cita. sect. 6. n. 6. §. Prædictam expositionem. Relictanda tamen est quia vitæ liber non nisi de absolute saluandis, & prædestinatis, electisque ex iure absoluto ex perseverante iustitia finali ad gloriam in scriptura memoratur, vt vidimus docentque scholastici Albert. 1. p. quæst. 68. init. sanctus Thomas, q. 7. de verit. a. 4. corp. ante med. & aliis locis citatis, iusti autem illi non perseverant, in iustitia ius ad gloriam absolute non habent, sed conditionate solum, quare neque ad gloriam, & vitam absolute ex iure illo possunt scribi, nec vitæ ipsorum præscientia esse, aut liber vitæ absolute talis, vt demum vidit Ruiz, num. 8. §. vt aliorum, quem his concludit solum habent ius (non perseverant iusti) vt in libro vitæ scriberentur, si forent perseverant. Accedit quod ab eo libro vitæ conditionate pro eo tempore, quo iusti sunt, si perseverent (et si liber vitæ dici absolute possit) nunquam nulloquamque delentur, delerique vltimus possunt, vt patet: quare ni deleri, pro non scribi ab scriptura accipi eis locis asseratur, iuxta primam expositionem, non autem propria deletionem, & oblationem eius, quod semel à Deo præstitum absolute atque scriptum est. Difficultas expediri minime potest.

QVÆSTIO III.

De certitudine, & comparatione numeri prædestinatorum, ac reproborum.

QVÆSTIO hæc de certitudine, numeri vtrorumque respectu scientiæ, & intellectus diuini solummodo procedit, cum enim certitudo formaliter dicat iudicij, siue in iudicando firmitatem, quæ omnem de opposito formidinem, & contingentiam cum obiectum, tum subiectum excludat: nemoque præter Deum, vel ex eius reuelatione, siue adhuc, nedom aliorum omnium prædestinationis, aut reprobationis certitudinem, firmitatem obiectum, aut subiectum, nisi temere ac per amentiam habere possit, fit planè vt ad diuinum intellectum, & scientiam de certitudine, & comparatione, numeri reproborum tota quæ-

Christoph. de Ortega de Deo vno, Tomus II.

stio deuolui debeat. Importune hic à Ruiz, d. 53. & Fasolus 2. 4. cum certitudine numeri prædestinatorum de qua in præsentia, certitudinem prædestinationis quoad suos effectus à prædestinatis obtinendos coniungunt, & vnde illorum infallibilitas proueniat, & cum eorum contingentia, & prædestinatorum libertate componatur: id enim quæstionis alterius, & ex aliis principiis dirimendæ prorsus est: nempe ex principio scientiæ mediæ prædestinationem dirigentis, & constituentis, atque ex intentionali obiectiua dependentia scientiæ illius à libera prædestinati absoluta operatione, & consensu, vt suo loco vidimus supra atque hi auctores docuerant non semel. Potest autem de certitudine numeri vtrorumque vniuersim agi, & specialius de numeri quantitate, & vtriusque numeri comparatione.

CERTAMEN I.

Affirmatiua quæstionis vniuersim sumptæ decisio.

NUMERUS in formalem, seu numerantem, vt ternarius, centenarius, & in materialem, seu numeratum refertur, quæ numerantur communiter diuiditur. Et de numero numerato præsentem quæstionem procedere certum vique est: nempe quem, an numerum numerantem aliquem, prædestinati homines (idemque est de Angelis, determinate expleant, an etiam suum aliquem numerum determinate expleant reprobis? cum autem numerus omnis numeratus determinatus, & circumscribitur rerum numeratarum unitatibus adeo rigide constet, vt quauis ex eis addita, vel subtracta numerus idem nequeat consistere, fit ad numeri reproborum, vel prædestinatorum (quicumque ille in alterutris sit) certitudinem ac firmitatem constantiamque requirit, vt nemo ad alterutrum numerum spectans ab illo deficiat, ad alterumque accedat: cuiusmodi enim detractione numerus idem consistere nequit: vti cuiusvis etiam additione numerus idem non potest, permanere: v. g. si ternario altera ex tribus unitatibus, quibus constat deficiat binarius plane, non ternarius erit; si vero altera unitas accedat, non ternio numerus ille erit, sed quaternio. Inde autem fit secundo certitudinem numeri alterius respectu induci infallibilis Dei requirere, vt nemo ad alterum numerum spectans ab eo possit deficere, ad alterumque aliqua impotentia (nempe consequente, & ex suppositione quod semel reprobis, vel prædestinatis sit) saltem accedere nequeat. Certæ huic suppositioni, & euidenti aduersari videtur Catherinus. 1. de prædest. c. vlt. summaria explicatione doctrinæ asserens, quantum est ex vi prædestinationis, præscientia seclata, saluandorum, damnandorumque num. posse angelis, ac proinde inquit Ruiz, ex prædestinatis ad reprobos, atque ex reprobis ad prædestinatos esse posse transitum docet: quare vtrorumque numerum certitudinem firmitatemque absolute non habere, sed tamen si Catherinus prædestinatorum numerum, non satis firmo fundamento nimium decurtauerit, vt de essentia prædestinationis, eiusque causis ostendimus. Quoad numeri tamen certitudinem, & firmitatem citato loco non errauit. Solum enim vult prædestinationem, ac reprobationem antecedentem necessitatem prædestinatis, vt saluentur, reprobisque, vt damnentur, non induci, non autem negat ipsis consequentem necessitatem asseri, ratione cuius scientiam secludit, quæ impotentiam consequentem supponit: vnde male à Ruiz tanquam Catherini doctrina additur, à prædestinatis ad reprobos, & contra transitum esse posse absolute, ac vicissim, quem expresse Catherinus negat; quia ex suppositione, quod prædestinatus quis, vel reprobis semel sit, talis non esse minime potest.

QQQ 2 Dico